vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, oricholci, pecorum pecudum, equorum, equiret, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit, dotauit, dotalitiauit, inscripsit, et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat praesen. per ipsam Gnosam Dorotheam Jasinska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et eius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum vniuersis ipsorum vtilitatibus, et vsufructibus, Competentijs et praerogatiua quauis tenen, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi, ac ad vsus suos et suorum successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Tymieniecka Fredrowi Robrt

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castren Capitan Gnosa Constantia de Leszczyny, Gnosi Alexandri Zaręba Tymieniecki Pincernae Terrae Siradien Consors cum eiusdem Gnosi Mariti sui vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sana mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecun quibusuis habitis et haben inscribit et obligat praesen, scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosi Valentini de Fredro wice Fredro et ipsorum succesorum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum, de actu et data illius hic Praemisliae

dic

die hodierna in actis contenta confectum conscriptu manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus in vniversum omnibus eidem Gnoso Valentino de Plesowice Fredro ipsiusq posteris, firmiter tenere, complere exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis, eiusdem scripti manualis contentis, tam in toto quam in quantis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo, Idq sub Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Iuramento taxand et edicend per eand Recognoscentem, vel eius succores supramemorato Gnoso de Plesowice # Fredro vel eius posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad soluend succubitis ac pro re aliqua principali ex contentis scripti praefati non completa complenda citata existens memorata Recognoscens Gnosa Constantia de Kerzozyny, Gnosi Alexandri Zaremba Tymienecki Pincernae Siradiens Consors legitima, siue eius successores, Ad Instantiam praefati Gnosi Valentini de Plesowice Fredro vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, Exempto recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, Damna praetacta Terrestria simpliciter absq corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum patiebebit obtenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minore iniuria

\# Valentino.

rennitate Successionum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitan. Praemisliens. Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, proscriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua propria personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Heynowiczowna siue Sobestianska Pakosz Quietat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitan. Praemisliens. Generosa Catherina Heynowiczowna, olim Nobilis Valentini Heynowicz, cum olim Nobili Dorothea de Mentow olim Nobilis Stanislai Weglinski filia procreata filia, Nobilis vero Ioannis Sobestianski Cantoris legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis, quibusvis, proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice et expresse sum recognovit. Quia sibi Recognoscenti per manus Generosi Stanislai Pakosz olim Generosi Michaelis Pakosz fratris germani — et successoris legitimi [illegible], pro summa quae et quanta ex summa originali Duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicalium seu alia quavis maiori originaliter per olim